Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



procedunt illa sunt que coinqui
nant hominem. Si quis habet
aures audiendi audiat. Et cum
introisset in domum a turba no
sabant eum discipuli eius pa
rabolam. et ait illis. Sic et vos im
prudentes estis. non intellegitis
quia omne extrinsecus introiens
in hominem non potest eum co
inquinare. quia non intrat in cor
eius. sed in ventrem et in secessum
exit. purgans omnes escas. Di
cebat autem quoniam que de
homine exeunt illa coinquinant
hominem. Abintus enim de corde
hominum cogitationes male p
cedunt. adulteria. fornicationes
homicidia. furta. auaritie. nequi
cie. dolus. impudicitia. oculus ma
lus. blasphemia. superbia. stultici
a. Omnia hec mala. abintus proce
dunt. et coinquinant hominem.
Et inde surgens. abiit in fines ty
ri et sydonis. Et ingressus domu
nemnem uoluit scire. et non
potuit latere. Mulier autem stati
ut audiuit de eo. cuius filia in
mundo spiritum immundum. et pro
cidit ad pedes eius. Erat enim
mulier gentilis syrophenissa
genere. Et rogabat eum ut de
monium eiceret de filia eius.
Qui dixit illi. Sine prius satu
rari filios. non est enim bonum
sumere panem filiorum et mit
tere canibus ad manducandum.
at illa respondit illi. et dixit
ei. Vtique domine. Sed et catelli
sub mensa comedunt de micis
puerorum. et ait illi. Propter hunc
sermonem uade. exiit demonium
a filia tua. Et cum abisset in do
mum suam inuenit puellam ia
centem super lectum et demonium
exisse. Et iterum exiens iheſus
de finibus tyri uenit per sydonem
ad mare galylee. inter medios fi
nes decapoleos. Et adducunt
ei surdum et mutum. et depre
cabantur eum ut imponeret illi
manum suam. Et apprehendens
eum de turba seorsum misit digi
tos suos in auriculas eius. et ex
spuens tetigit linguam eius. et
suspiciens in celum ingemuit
et ait. Effeta quod est adaperire
Et statim aperte sunt aures eius
et solutum est uinculum lingue
eius. et loquebatur recte. Et
precepit illis ne cui dicerent.
Quanto autem eis precipiebat ta
nto magis plus predicabant. et eo
amplius admirabantur dicentes
bene omnia fecit. et surdos fecit
audire. et mutos loqui.

In illis diebus VIII
iterum cum turba multa esset
cum iheſu nec haberent quod
manducarent. conuocatis dis
cipulis suis ait illis. Misereor su
per turbam. quia ecce iam triduo sus
tinent me nec habent quod man
ducent. Et si dimisero eos ieiu
nos in domum suam deficient in
via. Quidam enim ex eis de longe
venerunt. Et responderunt ei